

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 80. Hoc diploma Parisiis divulgatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

Sæcul. XVI  
A. C. 1591.

ut ab Henrico deficiant, urbesque, quæ hæreticos recipiunt, deserant, ac sese veris Ecclesiæ fliis adjungant, qui in perfecta animorum conjunctione circa fidei Catholicæ articulos sese sacræ Sedis subjectos demonstrant, ac Christi Domini Vicarium reverentur. (\*)

§. LXXX.

*Hoc diploma Parisis divulgatum.*

*Mem. de  
l'Etoil. t. 2.  
pag. 42.  
Maimb. hist.  
de la Lig.  
t. 4. p. 431.*

Hoc diploma feria quinta trigesima Maji Parisios delatum est, cum que Capitulum Ecclesiæ Beatæ Virginis exemplar illius accepisset, mox Se- guerium Decanum hujus nominis Cancellarii Patruum ad Curiæ Senatores ablegabat, qui etiam omnes Curias ad alterum diem congregari præcepit, ut Pontificii hujus diplomatis promulga-  
tio decerneretur: ergo præstituta die tertia Junii in Ecclesia Cathedrali hæ- literæ recitantur, quæ postea etiam ea- dem die in quatuor præcipuis Ecclesiæ Cathed-

(\*) Si Continuator vel unicum hujus Pon-  
tificii diplomatis testem allegasset, certe Le-  
ctoribus suis suspicandi ansam præripuisse,  
hæc ab ipsomet Continuatorе ultro vel con-  
ficta fuisse, vel ea, quæ in suo Thuano, aliis-  
que ejusdem furfuris maledicis carptim an-  
notata reperit, pro fœcunda sua fingendi li-  
bertate fuisse plus æquo exaggerata.

Cathedralis valvis affigebantur, usque Sæcul. XVI.  
dum solemnis in Curia promulgatio fieret, illudque typis ederetur: porro  
cuncta hæc quantocius petente Procuratore Generali executioni fuere demandata: attamen hoc diploma suo successu  
vix non destitutum remanit, quippe non deerant, qui variis editis libellis  
illud nullum esse, demonstrare niteban-  
tur, adeo, ut a Regis studio vix ullus propterea dimoveretur. „Omnes nostri  
„Majores, inquit quidam Historicus,  
„tibi persuasum habebant, quod Pon-  
„tificum, qui Ecclesiæ Caput sunt, po-  
„testas non ad temporalia bona, minus  
„injura Regnorum ullo pacto sese exten-  
„dat, nihilque hi præcipere valeant,  
„quod cedere posset in præjudicium  
„obedientiæ, & fidei, quam subditi in  
„omnibus iis, quæ Deo manifeste non  
„adversantur, præstare teantur..”

A.C. 1591.

## §. LXXXI.

*Catalaunensis Curie edictum adversus  
Nuntium, & Pontificis  
diploma.*

Præterea Catalaunensis Curia, quæ Th. t. 101.  
cum Senatu Turonium translato Avil. t. 12.  
conspirabat, nequidem exspectato Re- Mem. de la  
gis mandato adversus hoc Pontificis Lig. t. 4.  
diploma tumultuari cœperat; quam- pag. 395.  
primum enim hujus comminationis

K 2

exem-